



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

97 Impedimentum ex solùm rato matrimonio proveniens publicae
honestatis appellatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cap. 7. §. 7. num. 1. & Navar. in Manual, cap. 22. num. 43.

94 Matrimonium autem ꝑ̄ causat affinitatem ratione copulæ carnalis, quia cum vir, & uxor per copulam carnalem fiant una caro, cap. debitum. de big. & cap. fraternitatis, 25. q. 10. sanguis unius dicitur attingere sanguinem alterius, & ita contrahitur affinitas, Ledesin. in tract. de mag. matr. sacr. in add. ad 3. p. q. 55. art. 1. sub verb. circa istum articulum. Ideo, cum in matrimonio rato nondum consummato sanguis contrahentium simul non attingatur, nec fiant una caro naturaliter per sanguinis comissionem, licet mutuo consensu reciproce consentiant, ut una caro fieri possint, defectu copulæ non contrahitur affinitas, ut per sacram congregationem fuit supra decisum.

95 Hoc stante, ꝑ̄ licet impedimentum proveniens ex matrimonio rato, minime consummato non comprehendatur sub decreto cap. 3. de reform. matr. sess. 24. Videtur tamen, quod instar impedimenti publicæ honestatis in dicto cap. 3. contenti non extendatur ultra primum gradum, ut tenet Card. Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 7. cap. 10. in fin. Sed major hic habenda ratio, nam super hoc vinculo non ea facilitate, qua in impedimento, proveniente ex sponsalibus de futuro, dispensatur, sed gravissimis, & justissimis de causis summo Pontifici benevisis; ut post alios Graff.

96 decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 82. num. 10. ut fuit etiam ꝑ̄ cum Catharina Austriaca, & Henrico Octavo post mortem Arturi, ejusdem Henrici Regis Angliæ fratris, cum quo illa prius matrimonium contraxerat, quod cum eo ob morbum, & inde mortem secutam illud minime consum-

maverit, in dicto impedimento dispensatum, & matrimonium postea contractum, ac consummatum, Ledesin. in eodem tractatu de mag. matr. sacr. in addit. ad 3. part. quest. 55. art. 6. §. his non obstantibus, ubi post D. Thom. in 2. 2. quest. 154. artic. 7. ad tertium, & Cajet. ibid. Covar. super 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 7. Navar. in Manual, cap. 22. num. 84. & alios quos citat, tenet summum Pontificem posse dispensare in primo gradu affinitatis lineæ transversalis, & hæc est communis opinio Theologorum, & jurisperitorum ex deductis ibi per eundem Ledesin.

Quamvis enim impedimentum proveniens ex matrimonio rato nondum consummato non comprehendatur, sub d. c. 3. de reformat. matrim. sess. 24. in jure tamen, ꝑ̄ vocatur impedimentum publicæ honestatis, ut in d. c. ult. 35. q. 3. & c. discretionem de eo qui con. consang. ux. sum. ut etiam fuit à sacra congreg. supra decisum.

Quapropter, licet ex eo nulla contrahatur affinitas, remanet tamen impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus esse solebat jure veteri, ante prædictum decretum concilii introductum, ut verbis expressis declaravit Pius V. in declaratione super eod. c. 3. facta. de qua in Bull. Rom. c. 62. §. nos itaque circa finem. pag. 1018. de quibus in c. duo pueri. de spons. impub. c. discretionem. de eo qui cog. con. uxor. sua. cap. unico. de spons. impub. in 6. & Sylve. in verb. matrim. 8. num. 14.

98 Maxima enim est differentia ꝑ̄ inter matrimonium ratum, & consummatum, & matrimonium ratum tantum, quia matrimonium ratum, & consummatum inter fideles à solo Deo dissolvi potest, & matrimonium ratum tantum dissolvi potest au-